Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula II. Species non est differtia

urn:nbn:de:bsz:31-102400

REGULA II.

Species non eſt differentia.

Peccat, ſi quis ſpeciem tanquàm differentiam adſignârit. Ut ſi quis convitium definiat *contumeliam cum irriſione*, cùm irriſio ſit ſpecies quædam contumeliæ, proinde irriſio non eſt differentia. Ariſtoteles *VI. Top. c. VI. §. 9.*

REGULA III.

Genus non poteſt eſſe differentia ſpeciei. ibid. §. 10.

Genus enim prædicatur de ſpecie in quid, differentia verò in quale quid. Hunc cùm cogitio ſit genus ſcientiæ, non poteſt ejus eſſe differentia.

REGULA. IV.

Differentia non debet eſſe accidentalis ſpeciei. ibid. §. 12.

I. Aliud eſt, aliquid eſſe quid accidentale *abſolutè*; aliud aliquid eſſe accidentale *alicui*. Accidentale *abſolutè* opponitur ſubſtantiæ, & appellatur ſic omne illud, quod eſt in aliquô prædicamentô accidentium. Sed accidentale *alicui* opponitur eſſentiali, & dicitur illud, quod cum alicui competat, non eſt de ejus eſſentiâ.

II. Lo-